

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska

Rękopis Biblioteki Jagiellońskiej 4405, k. 101v

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 64 [Gn. 65]

[64] Quod si vir baculis aut fustibus percussus fuerit.

Si vir cum fustibus aut baculis percussus fuerit supra dorsum aut supra ventrem, et verbera fusta aut flavea fuerint et inflata, si desuper iudicem pro teste habuerit et homines, qui hoc viderunt [/] et audierunt, ipse est duellum propius super eos aquirere, quam ipsi eum evadere possint suo iure. Sin autem super caput aut brachia percussus fuerit, quod alter ostendere non possit, illi homines evadere possunt melius, quam ipse super eos probare possit suo iure. Sin autem fatentur, quivis ammittit emendam et iudex aquirit suam penam. Sin autem verbera mortalia fuerint, respondere tenentur cum duello, qui pro eo iudicialiter impulsati fuerint. Si autem mortalia non fuerint, respondebunt [/s] unus cum duello et alii respondebunt absque duello, quia ipsi evadunt cum suo iuramento.

[hasła: pobicie śmiertelne, świadek, sędzia, pojedynek sądowy, bliższość do dowodu, uwolnienie od skargi, przysięga, nawiązka, kara sądowa, mulkta]